

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1218 - 1219

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

eterna beatitudine thesaurisatis. vos autem pastores ecclesiarum et eorum vicarios specialiter in domino rogantes exhortamur, quatenus latorem presentium cum suis ad vos venientem benigne et honorifice, sicut decet clericos se invicem honore prevenire, suscipiatis et favorem vestrum et auxilium in petitione sua promovenda  
 5 coram populo vobis subdito ei verbo et opere efficaciter impendatis. propterea notum sit omnibus ecclesiarum ministris, tam plebanis quam vicariis, quod specialiter illis, qui angariant lapides ad opus ecclesie, quartam partem venialium peccatorum beati Arbogasti auctoritate et nostra indulgemus et de injuncta eis penitentia pro capitalibus, que confessi sunt, quindecim dies relaxamus.

10 *B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 1700 cop. chart. sec. XV aus dem Privilegienbuch von St. Arbogast fol. 4 mit der Unterschrift von gleicher Hand: cum duobus sigillis episcopi et capituli Argentinensis.*

*Gedruckt ebendarnach in Gallia christ. V instr. p. 491 nr. 29; Grandidier Oeuv. inéd. III, 255 nr. 158. Im Anschluß an nr. 170 ist dies Stück wohl in die Zeit um 1218 zu setzen.*

15

172. *König Friedrich II nimmt Rath und Bürgerschaft der Stadt Straßburg zu Gnaden auf und beläßt sie in allen ihren alten Rechten und Gewohnheiten. 1219 Januar 11 Hagenau.*

F[ridericus] dei gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Sycilie.  
 20 dilectis fidelibus suis, consilio et universis civibus Argentinensibus, gratiam suam et bonam voluntatem. considerata puritate devocionis vestre, quam nostre eminentie honesti nuntii vestri tam sagaciter quam fideliter exposuerunt, ut de cetero de preteritis excessibus ad plenum emendati ad obsequia imperii et ad fidelitatis circa regiam nostram majestatem observantiam animo sitis ferventiores, omnem  
 25 rancorem, quem non inmerito contra vos conceperamus, ex innata nobis benivolentia pure remittimus, tam vestre universitati quam singulis imperii fidelibus presentis scripti patrocinio innotescentes, tam personas quam res vestras in regia esse constitutas protectione, sub interminatione gratie nostre districtius precipientes, ut, quam diu in firmitudine fidelitatis erga nos et imperium permanseritis, nullo unquam  
 30 in loco Romani imperii ab aliqua persona seculari sive ecclesiastica aliquis vestrum extra formam juris impediatur aut molestetur vel in iudicium trahatur. ad majorem quoque gratie nostre circa vos evidentiam volumus vos consistere in omni jure et honore atque constitutione, sicut a divis progenitoribus nostris, avo, patre atque patruo nostro inclitis Romanorum regibus et imperatoribus eorum sublimati fuistis  
 35 temporibus. nullam quoque petitionem seu exactionem aut superinpositionem per totum imperium dare vos volumus nisi talem, qualem temporibus serenissimorum nostrorum progenitorum usque ad hec tempora dare consuevistis<sup>1</sup>. ut itaque hec largitatis nostre concessio vobis, quam diu fideles nobis inventi fueritis, firma permaneat, hoc scriptum vobis indulsum sigillo regie majestatis nostre communitum.  
 40 interfuerunt testes: Cunradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule can-

<sup>1</sup> Vergl. K. W. Nitzsch *Ministerialität u. Bürgerthum* S. 366.